



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 218. Mahometis I. Turcarum Imperatoris obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. Proceribus ipsi adstantibus, ac festive ac-  
A.C. 1422. clamantibus: *Vivat Rex.*

## §. CCXVIII.

*Mahometis I. Turcarum Imperatoris  
obitus.*

*Phranz. l. i.* **H**oc eodem anno Mahometes I. Turca-  
c. 39. rum Imperator, postquam, demptis  
paucis diebus, octavum regni sui annum  
expleisset, vitæ suæ cursum Adrianopoli  
emensus est. Is paucis ante obitum die-  
bus ab Emanuele petierat, ut sibi Asiam  
petenti Constantinopolin transire liceret,  
hanc enim Metropolin in reditu suo  
oppugnare decreverat. Ast a proposito  
suo destitit, victus Emanuelis magnani-  
mitate, utpote qui nec prohibuit trans-  
euntem, nec redeuntem intercepit, prout  
tamen commode potuisset. Fatis proxi-  
mus successorem nominavit Amuratem  
tunc in Asia degentem, e quatuor Filiis  
suis, natu maximum, jussitque mortem  
suam quadraginta diebus usque ad illius  
adventum silentio premi. Intermedio  
hoc tempore magna contentione Con-  
stantinopoli disceptatum, utrum Amura-  
tis potius, quam Mustaphæ, Bajazetis Fi-  
lli amicitia expetenda esset. Präplacuit  
Emanueli primus: non idem sensus erat  
Joanni Palæologo ejus filio, captus enim  
erat promisso, vi cuius Mustapha amplam  
ei

ei juxta ac munitam Thraciæ urbem Cal-Sæcul. XV.  
liopolim pactus erat, quam tamen post- A.C. 1422.  
modum dare negavit, caussatus, Turcas  
huic cessioni acriter obluctari, eoquod hæc  
urbs in Europæ partibus prima esset, in  
qua Mahometani prima religionis suæ  
fundamenta jecissent.

§. CCXIX.

*Amurates Mahometis I. successor.*

**M**ustapha, postquam omnes, quibus Phranz. l. 5.  
Turcæ in Europa potiti sunt, Pro-<sup>c.</sup> 50.  
vincias suo subegisset imperio, reliquas  
quoque occupaturus, in Asiam movit.  
Occurrit eidem Amurates, qui Musta-  
pham fusis fugatisque illius copiis, capti-  
vum Adrianopoli laqueo suffocari jussit.  
Bello sic absoluto Amurates Constanti-  
nopolim obsidet; cum vero urbs invicto  
robore resisteret, quarto demum mense  
re infecta, obsidionem solvere cogitur.  
Quo factum, ut ad frangendas Amuratis  
vires alius vocaretur Mustapha frater il-  
lius, quem trucidari jussit, natu minimus,  
qui, quamvis necdum tertium decimum  
ætatis annum attigisset, jamjam Nicææ  
urbis in Bithynia domitor exstitit, ast hic  
ipse Amurati in prædam cessit, & eo-  
dem, quo frater suus ætate major, sup-  
plicio interemptus est; Hujus morte A-  
murates solium suum tam in Asia, quam

*Histor. Eccles. Tom. XXVI. I i Eu-*